

## 1522 Wintersemester. 227. Decan Iohannes Groh von Eckboldsheim.

N 44'.  
C 125'.

Decanatus<sup>1)</sup> Ioannis Groe Eckelßhemii, sacre theologie baccalarii. Anno domini vigesimo secundo supra sesquimillesimum Sabbatho ante Galli, que erat Oct. 11. undecima Octobris, magister Ioannes Gro Eckelßhemius, sacre theologie bacca-laureus, natione Bavarus, rite et concordii dominorum magistrorum electorum consensu et suffragio in facultatis artium decanum est electus, sub cuius magistratu electi fuere officiales et clavigeri magistri subscripti:

Clavigeri domini mgr.	{	Wolfgangus Schindler Cubitensis, natione Polonus, qui hinc abiens suas vices Gregorio Bredekopff commisit,
		Ioannes Nicolaus Wieus, cuius absentis munere functus est Sebastianus Sibardus Sorobus, assentiente in utrumque tam Muchelium quam Coniczium tota facultate,
Executores et visi- tatores domini mgr.	{	Arnoldus Wostenfeldes Lindavianus nationis Saxonice
		Sebastianus Sibardus Muchelius nationis Missnensis
		Gaspar Deichselius Lobovius Polonus
		Ioannes Gro Eckelßhemius, tunc decanus.

\* Anno, quo supra, in die Damasi pape, que erat undecima Decembris, convocata tota Dec. 11. facultate hoc tenore: „Reverende magister, adsitis hodie hora duodecima in vaporario maiori facultatis artium ad consultandum, quid agendum sit cum reformatione ab illustrissimo principe Georgio huc missa et ad audiendum desiderium domini magistri Wolfgangi Schindlers Cubitensis et magistri Ioannis Nicolai Wici absentium sub pena prestiti iuramenti, et sicut diligitis bonum facultatis — Detur omnibus dominis magistris de consilio facultatis“:

De primo quia dns. rector per seniores de consilio universitatis institutus fuerat, moris esse, ut reformationis originalia deponerentur ad fiscum universitatis atque ideo eadem ab omnium facultatum decanis per schedulam quandam pecierat, conclusum est per totam facultatem nemine contradicente, [quod] originale reformationis, quia facultati non videbatur preiudiciale, rectori offerretur, ita tamen quod copia eius per notarium subauscultata servaretur. Quod et sic factum est.

De secundo quia dns. mgr. Wolfgangus Schindler concionatorium munus Parthenopoli consecutus hinc abiens a me pecierat<sup>2)</sup>, ut habita per opportunitatem facultate sibi in annum absentiam peterem hac conditione, ut, si infra hoc tempus reverteretur, computaretur pro presente, cuius rei gratia et ante abiicionem extra ordinem disputasset<sup>3)</sup>, et mgr. Ioannes Nicolaus Wieus Italiam petens ex me pecierat, ut ad annum cum dimidio sibi absentiam peterem propter varia discrimina, quibus ipse et in via et in Italia esset oppositus, ita tamen, ut, si reverteretur, et ipse haberetur pro presente, quo nomine et opposuisset, ideo exposito per me in convocatione facultatis tocius desiderio ipsorum uterque absentiam pro desiderio suo obtinuit, quantum per principis reformationem integrum<sup>4)</sup> esset.

<sup>1)</sup> Columnenüberschrift fehlt in N. Für die Initiale Lücke gelassen, aber nicht ausgefüllt. <sup>2)</sup> pecierat steht in der Handschrift. <sup>3)</sup> Dazu am Rande *absentiam petierunt magistri Cubito et Wieus*. <sup>4)</sup> Undeutlich.